

Urso figlio di Ferro della città di Marsico

XXVII 21

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Urso figlio di Ferro della città di Marsico

XXVII 21

1148-12

In nomine domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quadragesimo octavo mense decembris indictione undecima.

Ego Urso filius Ferri de civitate Marsici huius se... fragilis vitæque considerans audientisque ex ore Dei in evangelio non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui faciat voluntatem patris mei qui in celis est. Idcirco ego subscriptorum bonorum hominum presentia remedio anime mee meorumque defunctorum parentum animarum redemptione obtuli ac per fustem tradidi ecclesiam Sancti Petri Tramutule quantum mihi pertinuit ab ipsa Ray que cognominatur de Pcuzillo per universam vallem Tramutule de terris videlicet et arboribus fructiferis et infructiferis cum trasis ex exitis suis et cum omnibus infra se habentibus et possidentibus sine mea meorumque heredum contrarietate et requisitione omnia futuro tempore hanc eandem oblationem et baculi traditionem domno Iohanne Marsici Sancte Trinitatis de Cava monacho una cum advocato suo Roggerio milite filio domni Viti iudicis recipiente. Fideiussoribus positis Roggerio milite domni Riccardi archidiaconis filio ex Petrono milite filio Cuminei predictæ civitatis ut iam nec ego nec mei heredes super predicta ecclesia Sancti Petri exinde veniamus nec nos nec per a nobis personas subpositas et si aliquis homo super ipsam iamdictam ecclesiam Sancti Petri inde venerit ego vel heredes mei ipsi ecclesia defendamus ab omni humana persona. Et si taliter facere noluerimus vel nequirimus ex oblationem istam disrumpere vel retournare quesierimus quolibet modo vel ingenio obligo me et meos heredes

componere eidem ecclesie solidos reales viginti et in puplico similiter ipsis districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignarandi se et suos heredes per eorum omnia pignara legitimis et inlegitimis sine calumnia et appellatio donec quod prelegitur inviati impleamus.

Et hunc brebem traditionis oblationis et obligationis scripsit Iohannes notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelati. # Ego Riccardusiudex # Ego Iafridus hoc totum iudex probat ordine notum